



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Ecclesiasticorum Vita, Moribus, Officiis Libri Tres**

**Schevichavius, Gisbertus**

**Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.**

Capvt LVI. Cibi Et Maxime Potvs Immomoderatio Clericis euitanda.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42349**

3.5.9.17. Octauus Canon, qui Apostolorum est, hunc in modum habet: *Episcopum aut Presbyterum, aut Diaconum percutientem fideles delinquentes, aut infideles inique agentes, & per huiusmodi volentem timeri, deijci ab officio suo precipimus: quia nunquam nos docuit hoc Dominus, sed e contrario ipse cum percuteretur non repercutiebat, cum malediceretur non maledicebat: cum pateretur, non comminabatur.* Neque solum exemplo, sed & verbo percussorem condemnat Dominus Matt. 24. v. 48. De hac re Conc. Trid. sess. 13. c. 1. de Refor. Sunt tamen & Ecclesiasticis sua arma, sed spiritualia, 2. Cor. 10. & arma lucis, Rom. 13. quæ arma sunt lectio & oratio, his diabolus expugnatur, vitia reprimuntur, virtutes nutriuntur, æterna beatitudo acquiritur, vt ex S. Aug. Burchard, l. 2. c. 10. & Iuo P. 6. c. 177.

Percussor  
Clericus of-  
ficio mo-  
uendus.

## CAPVT LVI.

CIBI ET MAXIME POTVS IMMO-  
moderatio Clericis euitanda.

§. **I**ngluuiem, gulam, immoderatam cibi potusue appetentiam & sumptionem, eorundemq; oblectamenta, si diuinæ voluntati anteponantur, vitium non modo lethiferum, sed & capitale, ac multorum scelerum seminarium, ac omnem intemperantiam diligenter caueant. Id enim iniungit Clericis Apostolus, 1. Tim. 3. v. 3. cum ait, *Oportet eum non esse vinolentum*, quod iterum inculcat Tit. 1. v. 7. & 1. Timot. 3. v. 8. *Vult Diaconus non multo vino deditos. Non dixit, teste Theophylacto, te- mulentos aut ebrios, hoc enim est omnino indignum, verum non multum potantes: potatio, siquidem multa animæ, mentisq; vim Clerico cõ- & vigorem, licet non eripiat, laxat tamen & debilitat malique primenda est exempli. Neq; solum Deus vino obrutis, sed & multum vinum citra temulentiam ferentibus sempiternam comminatur exilium. Isa. 5. v. 22. *Va qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem.**

Ipsa ad ni-  
miam vini  
potationem  
propensio  
Clerico cõ-  
primenda  
& edoman-  
da.

§. Ab eadem cibi potusue helluatione formidandi sui iudicii expectatione & metu deterret Dominus, Luc. 21. v. 34. *Attendite vobis, ne forte grauentur corda vestra in*

crapula & ebrietate, & curis huius vita, & superueniat in vos  
 repentina dies illa. Quam Domini sententiam, cum citaf-  
 set S. Cyril. Alex. c. 7. in Leuit. Audistis, inquit, edictum regis a-  
 terni, & lamentabilem finem ebrietatis vel crapule didicistis. Si  
 quis vo bis peritus & sapiens medicus his ipsis verbis preciperet & Diuini iudi-  
 diceret: Attendite, ne quis [v. g.] de illius, vel illius herbe succo a- cii metu in-  
 uidius sumat: quod si fecerit, subitus ei veniet interitus: non du- terpretatia  
 bito quod vnusquisq; propria salutis intuitu, premonentis medi- vitanda.  
 ci sententiam seruaret. Nunc verus animarum & corporum  
 medicus simulque Dominus tubet ebrietatis herbam, & crapu- Intemperan-  
 le vitandam, similiter & sollicitudinem secularium velut mor- tia deuitan-  
 tiferos succos cauendos, & nescio si quis nostrum non in his con- da.  
 sumitur, ne dixerim sauciat. Ista B. Cyrill. Eandem Sal-  
 uatoris nostri sententiam Clericis statuto suo apud I-  
 uoncia Decret. p. 13. c. 71. & Burch. l. 14. Decret. c. 3. in-  
 culcat & comendat S. Euty ch. Pap. & mart: Epi, inquit,  
 & Dei ministri non debent comessationib; & vinolentis incubere,  
 sed considerent sententiam Dom dicentis: Attendite ne grauentur  
 corda vestra crapula & ebrietate. Moderate oem cibum & necessa-  
 rio sumptu sumant, vt iuxta Apostol. sobrii sint, & parati ad ser-  
 uiciam Domini. De hoc vitio dist. 44. tota.

## CAPVT LVII.

Apostoli rationes, cur Ecclesiasticis abhorrendum  
 ab intemperantia.

**G**Astrimargia atq; intemperantiam vt oderint & fu-  
 giant, multa argumeta suggerit proponitq; Apo-  
 stol. i. q. cibarioru poculoruq; vltus ex se neq; durabilis  
 neq; laudabilis sit. i. Cor. 6. v. 13. Esca ventri (destinata) &  
 venter escis, Deus autem & hunc & has destruet. In morte scil.  
 & resurrectione, tunc n. venter no amplius escis pascet.  
 Ro. 14. v. 17. Regnu Dei non est esca & potus. i. Cor. 8. v. 8. Esca nos Gula breuis  
 non comendat Deo. Ex quibus recte concludit Heb. 13. v. 19. O- & illanda-  
 ptimu est gratia stabilire cor, no escis, qua no profuerunt ambulat- bilis.  
 tibus in eis, i. e. conuiuia & epulationes sectantibus. Imo &  
 obfuerunt, animo iuxta ac corpori. Eccles. 37. v. 32. 33. 34.  
 Noli auidus esse in omni epulatione, & non te effundas super e-  
 scam. In multis enim escis erit infirmitas, & auiditas appro-